



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 45. Bullæ contra Ladislaus in Bohemia promulgatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

similis erat, in hac enim vinum, pisces, Sæcul. XV.  
 carnes, & quicquid delicatior appeteret A.C. 1411.  
 palatus, venum exponebatur, cum ta-  
 men sua suorumque domesticorum men-  
 sa admodum parca atque jejuna esset;  
 exiguum quoque famulorum numerum  
 alebat, cunctis sua eidem servitia de-  
 ferre abhorrentibus. Sordida hac vi-  
 vendi ratione ab omnibus contemptui  
 habebatur; nulla erat ejus auctoritas  
 tam in Ecclesiasticis, quam in publicis  
 regni negotiis, nec amicos sibi obsequiis  
 conciliare: nec inimicos suos imperio  
 reprimere potens; minus vero idoneus  
 ad Pragensem Archiepiscopatum cum  
 decore gerendum, vi cuius tamen Primas  
 Regni, S.R.I. Princeps & S. Sedis Apo-  
 stolicæ Legatus natus colebatur. Quapropter  
 cum Ecclesiæ Pragensis admini-  
 stratio omnino conferenda esset cuidam  
 Viro, qui tanto oneri atque honori par-  
 esset, præfecit ei summus Pontifex Con-  
 radum Vissegradensis Ecclesiæ Decanum  
 & Olomuci in Moravia Episcopum, qui  
 paulo post ad ipsum Pragensem Archie-  
 piscopatum electus fuit.

## §. XLV.

*Bullæ contra Ladislauum in Bohemia  
 promulgatae.*

Wenceslaus, utpote Ludovico Ande- Raynald. ad  
U 5 gaven- an. 1411. 3. 2.

**Sæcul. XV.**  
A.C. 1411.

gavensi, proin etiam Pontifici admodum propensus, Bullas Joannis XXIII adversus Ladislaum datas, mox ut advenabant, lætus acceptavit, ac per totum Bohemiæ regnum publicari jussit, adjecta in eos poena, qui sese illis opponere præfumerent. Nihilominus Hussitæ a Joanne Husso Pragam reverso stimulati, eas acriter impugnabant, dicentes: Vicario Christi indignum esse facinus, quod Christianos ad fidelium cædes excitaret. Joannes Hussus exinde opportunam spuriū suum zelum exerendi occasionem nactus, mordaci lingua adversus Indulgentias, & sacras militias invehi cœpit, proterve Legatis Papæ respondens: se etiamsi affaretur vivus, nunquam tamen summi Pontificis Constitutionibus obtemperaturum, ac protinus responsi sui temeritatem purgaturus, libellum affigi jussit, quo omnes Doctores, Religiosos, aliosque provocavit, ut contra Theses, quas de Pontifícia bellum sacrum indicendi potestate expositurus esset, secum decertaturi convenirent. Igitur præstituta die ad certamen descendunt, sed non nisi clamoribus dimicatum, ipso etiam Hieronymo Pragensi ibidem verbosum valde sermonem perorante: Academiæ Rector hancce Joannis Hussei impudentiam stomachatus omnes discedere præcipit, quo facto Scholares Hieronymum de Praga, populus

populus vero Joannem Hussum comitan- Sæcul. XV.  
A.C. 1411.  
tur usque ad Ecclesiam Bethleem, quam  
prædives quidam Nobilis, Joannes de  
Mulheim erexit, dotavitque, illiusque  
curam sibi concreditam Hussus habebat.

## §. XLVI.

*Seditio Hussitarum contra Indulgen-  
tiarum Prædicatores Pragæ  
orta.*

Altera post disputationem die redeunt  
ad clamores, & Hussitarum non pau-  
ci communibus votis decernunt, se nul-  
latenus indulgentias prædicari permis-  
sos. Moxque in Verbi divini Præcones  
violentas manus injiciunt, inhumanis  
verberibus ac verbis eos dure excipiunt,  
adeo, ut Universitatis Rector Joannem  
Hussum, & Hieronymum de Praga, qui  
gratia apud populum valebant, adire at-  
que rogare compulsus esset, ut sua au-  
toritate seditiosorum tumultus compe-  
scerent, ac certiora mutuæ cædis peri-  
cula averterent. Annuit uterque, dum  
vero proxima die Dominica quidam Sa-  
cerdos de bello sacro verba ficeret, &  
paulo durius contra Joannem Hussum  
declamaret, quidam Sutor gente Polo-  
nus Prædicatori in pleno confessu men-  
daci calumniam impingere ausus est. In  
alia quoque Ecclesia Hussita quidam a-  
perita